

62

MIRACVLA  
ET  
BENEFICIA  
SS. ROSARIO  
VIRGINIS MATRIS  
DEVOTIS  
A DEO OPT. MAX.  
COLLATA.

ANTVERP<sup>E</sup>  
Theodorus Gallaeus  
excedebat.

M.DC.X.

S. DOMINICVS

BALANVS DE RVE

Serenissimæ ISABELLÆ CLARÆ EUGENIÆ,  
Infanti Hispaniarum, Principi et Dominæ nostræ,  
Familia Dominicana Antuerp. DD.

1978.8.11. 5

32

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

1978.8.11. 5

VIRTUTE SS. ROSARII A DÆMONIIS OBSESSVS LIBERATVR. 1.



A. B. P. Dominicum sacrum hunc ritum populum edocentem ac multa de eius vsu et commodo differentem hereticus Cynico ore momordit, ac lusit. Et ecce pœnam, individuali ferè flagitijs comitem, tanta cum Dæmonum multitudo inuasit, ut totum credas Barathrum migrasse. B. Post Dominicu varijs quæstionibus tetros mijelli hominis incolas confundente; adiuit B. Virgo magna Spirituum armatorum copia. Frequentatum est Psalterium. ad quodque AVE MARIA quisque Dæmonum cessit; ita, ut ijs omnibus persolutis; hic etiam iniquis illis hospitibus solitus fuerit, ac planè exemptus.

Spec. exempl. ex legenda S. Dominici conscripta à B. Jord. Conf. Vmb. et Theod. de Apoldia.

)



Eximium hunc Rosarii praetorium ludens Episcopus tricas ea esse, et dignas colo fabulas iactitabat felix quem correxit somnium. A. Videbat multos secum aquarum gurgite obuolui. B. hic strui à Dominico pontem, in eoque 150 turrem, in quibus extractos singulos resoundingat, transmittens eos hinc in hortum Spaciosum; ubi Virgo solo residens Coronas dispertiebatur. Accedente illa Episcopum increpare, monere, sanius ut de re sentiat, suadens persuadet. Verum tempore (ut fit) si non refrixit, ac certe interput. C. Et ecce cerni multi fesse cum alijs terrena in palude suffocandum (gravi certè bello vrgebatur) desuper vero (id erat somnij) Deryaram et Dominicum catenam 150 nodis insignem, maiusculis quoque hinc inde intertextam demittentes, quo eximatur. eximitur.


Albertus de Castello in suo Rosario.





A. B.P.Dominico causam salubris illius ritus pro concione agente; adfuit quidam Petrus, Baro, ipsiusq; B.Patris affinis, vir scelestissimus. Vedit hunc non tam corporis, quam mentis oculo Dominicus. vidit fleuit, Dominum, ut vera ac viua peccatoris formam horribilem prostrueret, rogauit. Inauditum spectaculum! Tota concia a Dæmonibus cum cinctum ac vincutum conspicit: diffugunt omnes. Matrona nobilis eius coniunx hoc viso mariti statu horret, vulnatur. At tandem rofarium ei per B.Dominicum transmittitur. Quo peruvoluto confessione se emundat: cui Dominicus rosarij frequentatione multam imponere a D.Virg.monetur. Hinc ipse sibi aliis visus est, et tum demum homo esse caput, cum Rosarij merito formam diabolicam exiit. quin etiam tot iam stipabatur angelis, quot ante dæmonibus vexabatur.


Albertus de Cest. ex Iean. de Monte. et Thom. de Templo.





A. Blanca Francie Regina prolem mirè ambiebat, eiusque defactu summopere angebatur, se Regnam nihil faciens, nisi Regis etiam mater diceretur ac foret. Consulti Dominicum. Is singularē erga D. Virginem adjectum induat, suadet, et illud eius Rosetum voluat, alijsq; voluendum distribuat. fore ut non amplius liberis viduam se lugeat. B. Cedit illa consilio, et adquiescit. magnam pecuniarum vim rofaciis hysce munusculis insumit. C. Et ecce puellum parit, illum, quem cum dignitas, tum vero sanctitas in Rege prope incredibilis ad nos transmisit, Ludovicum: utpote quem non tam Blanca mater, quam Maria Virgo peperit, cum hæc, ut illa pareret, dedit.


P. Seraph. Raz. in hortulo exempl. 26. et Alb. de Cast. in suo Rosario.






A. Meretrix Romæ ter indies quinquagenas Sacra Virgini lectitare consueverat. Cui (ut aſſolet) discursanti procul diuinus Christus Iefus obuius ei concenare ſe velle significat. Itur: instructis dapibus discumbitur. Rem miram! Omnia ad huius tactum sanguineum colorem trahunt. Illa curioſius eum intuita, vultum diuinum quidriam ſpirantem videt. B. Itur ad thalamum, quo illa conſenſo morantem inuitat. En tibi, tertio ille transformatur puerulum primo mirè afflatum ſe exhibens, deinde virum vulneribus ſaucium, deniq; glorioſum ſe ostentans. C. Que rei nouitas ita eani plane nouam effecit; vt (in nouæ vite teſtimoniu[m]) Christus Diuīs Mariā et Catharina co-mitibus languentem inuiferit, et extrema ei lucem vitamq; nunciariit.

*Tifflator Ioen. de Monte et Tho. de Temp.*





- A. Miles quidam Antonius inter plurima, quibus vacabat, scelera; quandoq[ue] tamen sibi sepsum et Deipara Virgini dabat. Cuius ope Psalterij, qui ante perditissimorum hominum fuerat perditissimus, in propugnatorem fidei acer- rimum evagisit. De quo etiam illud. In signis et vexillis certu illud Rosaceu, quo hosti- bus terore incuteret, excuteret vero suis, præferebat. Incassum nihil. B. Non semel, pugnâ ingrauescente celitus globorum ignitorum grando hostiles copias obruit, attruit. C. Alias iaculis desuper missis, innumeri sunt confixi, dispersi omnes. D. Frequenter periclitanti cum suis, Antonio ignota legio præsto fuit.


Albertus de Cast. in suo Rosario.





A. Alanus aduersus Albigenes hereticos miles Dominici hortatu istud  
indies Psalterium peruvoluebat. Is dum quondam pauculam militum  
manum duceret; permagnis hostium copijs obseſsus est, et omni parte  
fuga prohibitus. B. Perierat sine Virgine. at illa 150 saxorum  
desuper imbre pluit, hostemq; contriuit. C. Alias vnde hostes  
infestissimi in extremum planè naufragum eum discrimen addux-  
erant. Perierat sine Virgine. at illius iufu 150 colles tumulorum  
instar medio mari adsurrexerunt, ac vadum præstiterunt.

Albertus de Caſt. in ſuo Rosario.





A. Alexandra virgo nobilis, et à duobus presertim amatoribus impedita, tanta contentione, ut duello se comitterent, quo cecidit uterque. Horum consanguinei vehementer in puellam commoti eam iugularunt capite in vicinum puteum abiecto. Novit haec Beata V. monachus Domenicus, et 150 debus elapsis ad puteum fide plenus accedit, caput euocat, quod angelicis sublatum manibus ad putei oram ascendit, confitetur, communicat. recens plane, nec villa ex parte in saniem conuersum. Affirmavit cum damnumanda esset id se Rosarij merito obtinuisse, ne sine contritione decederet, atq; etiam suspendo illo modo tantum post temporis peccata sua confessione deterret.

Albertus de Cag. in suo Rosario.





A. Usurarius Iacobus nomine multas questu illico opes corraserat: hoc uno bonus; quod B. Virgini vehementer adsciebatur, atq; hanc eius preces frequentabat. Stupendum! Sine arbitrio quondam orantis aures, et animum adeo severa quedam admonitionis vox perfrinxit; ut plane inueteratam vitæ flagitiœ consuetudinem excusserit. B. Moritariens denique D. Michaeliem vidit mala ac bona opera librâ exponentem. Sed (heu!) plurimum illa suam partem suppressabant. At tum erat: ni Virgo parti alteri Rosarium prægraue apposuisset.

*Albertus de Cagli. in suo Rosario.*



FILLA PASTORIS A B. VIRGINE IN EXTREMIS  
INVISITVR, ROSISQVE CORONATVR.

10.



A. Puella Gregorij filia curas pastorales suavi hoc Psalterio solabatur, rurique deserto in templo miram cum imagine inibi Deipara virginis familiaritatem contraxerat. B. Gemini ordinis Præd. illac tendebant. quoru vno (diuinâ id sancè ordinatione) dormitante; orationi alter se dedit. Rem nouam! quam quidem insomnis hic, ille vero somnians (non iam somnians) videt. C. Ternæ Diuarum cohortes ad decubentem puellam, iamq; animam agentem properabant, quod agmen D. Virgo claudebat: indig num etenim existimaba: tam amicam sibi animam incomitataam excedere.

Speculum Exemp. dist. 9. exempl. 118.






- A. Tres Sorores Confessoris sui instinctu singula singulas Deipara Virgini veste spirituales per Rosary frequentationem contexebant fore nouam et admirandam Virginis remunerationem. Nec irrita preces cecidere.
- B. Noctu vna cum D. Catharinâ et Agnete Maria Virgo splendissimis ornata vestibus (quò gratum fuisse hoc sibi ministerium testaretur) ijs appetat, ad cælestes epulas inuitat. Ille ad suauissimam illam immortalitatem adspirantes, et huius vita vel potius mortis pertusa, singula corpore soluta ab angelis cælo inuehundur. Alb de Cast. in suo Referto.





A. Matrona Lucia nomine cum genere, tum pietate nobilis, patriæ sua Hispaniæ ereta, ab infidelibus in alienam regionem trahebatur. Hic indignis ministris (nulla habita fecundati iam eteri ratione) obreuebatur. Et ecce inter iumentorum stercore squallens parturit. Quid faciat? ad Psalterium Virginis iam olim sibi familiare consufit. En tibi qua nungquam suis deest adiutrix, etiam huic obsecetrix prægnanti adesce voluit. Excipit puerum, fouetq; Christus sacrâ induitus insula eundem baptizat. B. Post diuerum pauxillum angulus eam ad debitam mundationem invitat: ad Ecclesiam ignotam deducitur comitibus D. Anna et Magdalena, ipsa etiam Deipara presente: ubi Christum missæ officium peragentem, ipsum illum qui se porrigit suscipit. C. Post paulo videt se sibi et patrice restitutam.


*Alt. de Cast. ex Mariali Ioanne de Monte.*





A. Puella quadam, cui familiare admodum erat Rosarium, amicos (dedicationis causa) cum sôdale inuisura pergebat. Et ecce, duo lupi, quos diutina fames armauerat, in eas insilunt. Altera quidem (miserum!) ipsos pauit. Haec verò D. Virginem obtestari supplicare, vovere, quo saltem confessioni et communioni locus detur. Cernere erat avulsa iam huius ubera, ventrem lacerum, ilia vtero non iam inserta, sed appendula. Nec mora: ab accurrentibus ultimus eius spiritus, in fugam lupis conversis, defenditur. Triduo etiamen vivit: confitetur, communicat: Virgo visibiliter ei paret, exceptura animam, et calo illatura.

Albertus de Castello in suo Rosario.





- A. Mulier Antuerpiæ Dæmonibus sese pacto deuouerat, quod ipsum proprio etiam sanguine firmauerat. Postea verò quam militia huic, et Rosarij Sodalitio nomen dedit ac sacramentum; Diabolus iuſu Virginis (testatus est id ipse) chirographum restituit.
- B. Non absimili modo mulier ibidem, quam varijs figurarum terribulamentis, qui solet, dis torquebat, liberata est. quippe ubi huic se Societati inseruit; Virginis gremio tanquam portui tutissimo, atque hostibus inuio se committentem, ille deseruit.

*Ex Thesauro magno sodalitatis SS. Rosarij.*





A. Turca periculo non leui Christianorum rebus imminebat, atque adeo vel vincendum erat, vel pereundum: ad Triarios ventum erat. Quid agatur? Publica Deiparam processione sollicitant, nulla a precibus Rosaceis, nulla a votis Virginis Ara vacat. B. Conquenitur: mari pugnam credunt. at nostri multo milite ac naui impares; caelesti verò fauore hostes nedum pares. Certatum est acriter. Breuter: victoria nostram in partem, Mariani (ut creditur) Rosarij merito declinavit.

Gregorius XIII. in bullâ institutionis festi SS. Rosarij.

